



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Epistola ad Titu[m] habet capita tria. In qua Titu[m] i[n]struit apostolus de constitutione presbyterorum & de conuersatione spirituali, atque hæreticis vitandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

D. DIONYSI AARICHI CAR-
tu, quia loquitur de prædestinatis & reprobis). In mag-
na domo non solum sunt vasa aurea vel argentea, sed
& lignea & fictilia &c. Iuuenilia vero desideria fuge. Se-
ctare autem iusticiam, fidem, charitatem & pacem. Stul-
tas autem & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quæ
generant lites. Seruum domini non oportet litigare, sed
docibilem esse ad omnes patientem, cum modestia cor-
ripientem. Det deus illis penitentiam ad cognoscendam
veritatem, & respiciant a laqueis diaboli a quo capti-
tui detinentur ad ipsius voluntatem. ¶ Cap. 3.

Scito quod in nouissimis diebus instabunt tempora pe-
riculosa, & erunt homines amantes seipsum, cupidi, elati,
sine affectione, sine pace, ac criminatores, &c. voluptatis
amatores magis quam dei, habentes speciem quidam
pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos
deuita. Quemadmodum Iamaes & Mambres resisterunt
Moyse, ita & hi resisterunt veritati. sed non proficiet &c.
Omnes qui pie volunt viuere in Christo persequutione
patientur. Tu vero permane in his quæ didicisti, & quæ
ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instrue-
re. Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad do-
cendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum
in iusticia, ut perfectus sit homo ad omne opus bonum

¶ Cap. 2.

Prædica verbum, in sa oportune, importune, atque ob-
secra, increpa in omni patientia. Erit tempus cum san-
da doctrinam non sustinebunt, sed ad desideria sua coacer-
uabunt sibi magistros &c. Tu vero vigila, in omnibus
labora, ministerium tuum imple, sobrius esto. Bonum
certamen certauit, cursum consummaui, fidem seruaui. De
reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. &c.

Epistola ad Titum habet capita tria. In
qua Titum instruit apostolus de constitu-
tione presbyterorum & de conuersa-
tione spirituali, atque hæreticis vitan-
dis. Caput. I.

EPIT O .EX EPI. AD T I T.

Oportet episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem. Non superbum non iracundum, & c. quare. Sunt multi inobedientes & vaniloqui, quos oportet redargui, Omnia munda mundis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum mens & conscientia. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & reprobi.

¶ Cap. ii.

¶ Tu loquere quæ decet sanam doctrinam, senes ut sobrii sint, pudici, prudentes. & c. Iuvenes exhortare ut sobrii sint, & c. In omnibus te ipsum præbæ exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum irreprehensibile, ut qui ex aduerso est nihil mali habeat loqui de nobis. Apparuit gratia dei saluatoris nostri omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc sæculo. Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei. Loqui & exhortare & argue cum omni imperto. Nemo te contemnat.

¶ Cap. tert. & ult.

Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Non ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est. Discant nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint instructuosi.

Epistola ad Philemonem caput habet unicum. Commendat in ea Apostolus Philemonem, de fide & charitate in sanctos: & rogat eum ut indulgeat Onesimo seruo suo, & ipsum benigne suscipiat.